Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



populi socii. qui incongrue murmurantes. interfecit —
exterminator. Dimittamus nos itaque in solitudine
domino curam nostram. teneamus ipsius testamentum di-
centis. Non derelinquam te. Id autem prestet nobis ali-
tes pastores. sicut helie dedit. aut si non fecerit &
defecerimus fame in heremo. licet nostris meritis
imputemus. quia delictorum nostrorum gratia accidit imp
petrabimus dicentes. pollicitus es domine pascere
tuos iusticia nos precepta tua tenentes. fame pe
rimus temporali. Ego fecimus in corpore quod iussisti.
tu vero expectans sufferentiam nostram seruos tuos
probasti. redde hic nobis quod te sustinentibus promi
sisti. His pluribus & aliis eos exhortatus eloquiis.
abstulit murmurationem cordis eorum. Orabat —
pers indesinenter. ne multa fieret prolongatio —
temporis. & longiturnitas temptationum atteret
quosdam eorum. Prorsus dominus precem serui sui non est oblitus.
eidem statim adiutor est factus. Nam angelum suum diuitem
quendam uisitauit. & dixit ad eum. Tu epularis
in deliciis splendide. & serui mei in deserto —
pereunt fame. Sed continuo mane diluculo. festi
na seruis meis ex bonis que tibi dedi mittere —
escas. Quod si distuleris. excitabis in te furo
rem dei. Audiens ergo hoc homo ille & cor eius con
sternatum fuit insecuta nocte. consurgensque